

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Festevangelistar - Cod. St. Peter perg. 7**

**Oberrhein (?), [um 1200]**

In Assumptione s. Marie

[urn:nbn:de:bsz:31-13726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-13726)





**I**N ASSUMPT. S. MARIE. SEDM LUCAM.

**I**N ILLO T.

**INTROVIT**

**IESVS IN QVODDA**

castellum. & mulier quedam martha nomine. excepit illum in domum suam. Et huic erat soror: nomine maria. Que etiam sedens secus pedes dñi. audiebat uerbum illius. martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit & ait. Dñe. non est tibi cure. quod soror mea relinqt me solam ministrare. Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha. sollicita es & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit. que non auferetur ab ea.